



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCXXXII. ad annum CCCCLI.

Parisiis, 1644

Epistola LIV. Leonis Papae I. Ad Marcianvm Avgvstvm. Gratias agit quod eius opera catholica fides in Calchedonensi Concilio exposita fuerit, Anatolii superbiam damnat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14584

EPISTOLA LIV.

LEONIS PAPÆ I.

AD MARCIANVM AVGVSTVM.

Gratias agit quod eius opera catholica fides in Calchedonenſi Concilio expoſita fuerit, Anatolii ſuperbiam damnat.

*Leo episcopus Romanæ & vniuerſalis eccleſiæ,
Marciano Auguſto.*

MAGNO munere miſericordiæ, Dei totius eccleſiæ catholicæ multiplicata ſunt gaudia. *Vide reliquum in Concilio Calchedonenſi, parte 3. num. 6.*

EPISTOLA LV.

LEONIS PAPÆ I.

AD PVLCHERIAM AVGVSTAM.

De ambitu Anatolii.

Leo episcopus urbis Romæ, Pulcheriæ Auguſtæ.

SANCTIS & Deo placitis clementiæ veſtræ ſtudiis deſenſam contra hæreticos catholicam fidem, & vniuerſæ eccleſiæ redditam pacem, ineffabiliter cum veſtra pietate gaudemus: gratias agentes miſericordiæ omnipotentis Dei, quod exceptis his, qui magis dilexerunt tenebras quam lucem, neminem paſſus eſt euangelica veritate fraudari: vt abſterſa erroris caligine, in omnium cordibus puriſſimum lumen oriretur, nec de infirmis quorundam animis tenebroſus ille exultaret inimicus, quem non ſolum hi, qui illæſi ſteterant, ſed etiam quos fecerat nutare, ſuperauerunt: vt errore abolito, per totum mundum fides vera regnaret, & omnis lingua confeſiteatur, quoniam Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris. Confirmato autem in vnitæte euangelii vniuerſo mundo, & in eodem ſpiritu ſenſus directis cordibus omnium ſacerdotum, optimum fuerat, ſupra illa, propter quæ ſancta eſt Synodus congregata, & quæ, ſecundum pietatis veſtræ ſtudium, probabili ſunt ſine concluſa, nihil quod tanto bono contrarium

Philip. 2.